



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentarii Explicationum in reliquos quatuor M. T.  
Ciceronis Tusculanarum Quæstionum libros ...**

**Camerarius, Joachim**

**Basileae, 1543**

**VD16 C 370**

In Tusculanarvm Qvaestiovnm Librvm quintum, loachimi Camerarij  
Explicatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70326](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70326)

66 TVSC. QVAE ST. LIBRI V.

οἵμοικας ἐμάστ ὡς λανᾶς νομίζετοι,  
ὅταν πρόποντα πολεμίων σήσεις φατός,  
ἢ ἦπ πονούμενος τὸ σέγον τὸ οὐκέται τόδε,  
ἄλλος ὁ φρατηγός τὸν δύκοντα μέντοι.  
ὅς εἴς μετ' ἄλλων μυελών πάλλων θέσιν,  
ὅτελον πλέον θερέτρον εἶχε πλέω λόγον.

Ex forma.) In libro de Fato dixit hoc explicatus: Qui se profitebant  
tur hominum mores naturasq; ex corpore, oculis, uultu, fronte pernoscere,  
et c. is autem est Græcis φυσιογνομια.

AEGRIVS depellitur.) id est, cum maiore difficultate, minusq; faci-  
le, cum maiore etiam molestia.

EXPLICATIONVM LIBRI ILL.

F I N I S.

IN TVSCVLANARVM  
QVAE STIONVM LIBRVM  
quintum, Ioachimi Camerarij  
Explicatio.



In ultimo hoc libro id Cicero docere uult, ad bea-  
te uiuendum uirtutem se ipsa esse contentam. Qui  
locus, ut ipse ait in Proemio lib. II. de Diuin. tota  
philosophiam maxime illustrat. hoc autem Proemio  
laudatio philosophiae continetur, & exordia  
quædam atq; progreßiones exponuntur: ostendi-  
turq; sapientie studium antiquissimum esse, cum  
illud scilicet à multis nouitatis nomine uituperaretur, ut fieri solet in ijs  
qua aliquibus ignota sunt sibi enim noua, simpliciter noua esse existimat.  
Dissentit autem Zeno à magistris suis hoc loco manifestè: neq; uerborum  
pugna, ut alibi, haec dici potest. Voluit enim uirtutem ad beatæ uiuendum  
se ipsa esse contenta, id est, auctoritate ipsius ratiocinationis, ut ratiocinationis finem quidem  
uideret.

## EXPLICATIO.

67

uideri esse, sed imperfectiorem. Qui planius etiam alibi putat, omnino ad uitam beatam requiri quasi instrumenta quædam bonorum extra nos posse torum, cum pernulta amicorum, diuitiarum, opulètia ministeria expetantur. Cumq; nonnulli quasdam sordes aspergant uitæ beatæ, expertes horum bonorum, ut nobilitatis, fortunee prospere liberum, formæ. Non enim beatæ dici posse, qui deformatissimus sit, aut ignobilis, aut solitarius & sine liberis: multoq; etiam minus, si cui sint liberi amici ue omnibus uitij corrupti, aut si bonos mors ademerit. proinde esse animi quidem bona necessaria ad uitam beatam, reliqua uero hæc utiliter instruere & adiuuare opera quædam sua. Itaq; hanc neq; in æatem non plenā, neq; in uitam breuiorem cedere uult. Et libro tertio περὶ τὸν πόλιτον, plane negat uirtutem exerceri posse in uita operaria & seruili. Quapropter Ciceronis est copiosa in hoc libro disputatio euagatur enim latius, ex ueterum quædam dicta ad hanc sententiam accommodare, tum uero exemplis eam comprobare, & omnibus coloribus illustrarem reddere conatur. Abhorret autem certe dogma Stoicæ à communi hominum & naturæ sensu, quamvis acute uerbis concludi uideatur. Et Peripateticam tamen sententiam, similiter brevibus argumentorum complexionibus confirmare, & Stoicam αὐτάρενα confutare stupererunt. in quo genere nunc extat Procli libellus, minime ut mihi uideatur contemendus.

Ex eo libro.) De uirtute librum ad Ciceronem Brutus scripsit, ut dicitur in Proemio librorum de Fin. Fuit autem Brutus Antiochæ rationis studiosus, qui aduersus illam nouam & medium, ut vocabatur, Academiam, ueterum placita defendere putaretur, de quo in Acad. multa. Sribit autem de studio Brutii Attico, his uerbis, lib. XIIII. Quare si addubitas, ad Brutum transeamus, est enim is quoq; Antiochius.

NAM cum ea cauiss.) Hoc ponit uirtutis pulcritudinem & dignitatem impulisse sapientes, ut studio suo omnia posshabent. Sed idem certe ut beatam uitam degere possent, elaborarunt. omnes enim natura incitate bonum appetunt, & contrarium refugiunt. itaq; statuerunt, in uirtute beatam se uitam reperturos esse.

SIN autem.) ἀριθμοῖς. Quid uero, si illos opinio fecellit? Estq; id uerius, adiumenta quædam fortunæ requiri ad uitam beatam? Huic subiecta est elegans diuinatio, et referuntur quædam, quibus ἀριθμοῖς confirmari uidetur. ducitq; addubitationem de sua fortuna, quæ scimus uaria fuisse.

VOTA facienda.) περὶ φίλων. Tum enim configimus ad opem diuin-

I 2 nam

nam, cum humani auxilij spes nullarelinquitur. itaq; uulgo dicitur, impie  
id quidem, Male agi cum ijs quorum salus Deo commendetur. Similiter di-  
xit Demosthenes de legibus *λατά τιμωρεύτος*. εἰ γὰρ αὐτὸν λαλεῖς  
μὴ ἔχοι, μὴ θυμαστόν δὲ φρεσσεῖν, θυχῆς, οὐ νόμου θυμαπεποτ-  
θοῖςτις αὐτὸν δρύοις.

IN SANABILES.) Sunt enim certe αἰτίαι quidam morbi, alijs  
simpliciter, alijs neglectione. ut podagra, & aqua subter cūtem. quemadmo-  
dum & Ouidius,  
Tollere nodosam nescit medicina podagrum,  
Nec formidatis auxiliatur aquis.

AVOID ex aliorum.) Hoc & qui in eloquentia facerent, eos reprehē-  
dit in Oratore: Quid sit Atticum discant, eloquentiamq; ipsius uiribus,  
non imbecillitate sua metiantur.

AVAM dubitationem.) Fuit enim Brutus Serviliae sororis Catonis fi-  
lius. Hanc autem dubitationem de virtute Catonem sustulisse dicit, qui nō  
modo in tota uita illam coluisse, & constantissime fuisse semper aduersa-  
tus improbis, sed mortem fortissime obiisse, cum iudicasset sibi iam è uita  
excedendum esse. quod & ipsum fecit. prius re cum doctis, qui cum secuti-  
fuerant, multum ac diu disputata, ut Plutarchus scripsit. Post illa autem tem-  
pora bellorum ciuilium, hi certe libri scripti fuere: quippe cum suprà con-  
solationis meminerit, quam composuit mortua filia, Republica iam Ceſa-  
re potiente.

IN sinum.) Elegantes metaphoræ. Nam & illa que sinu conduntur,  
recta sunt: & in portu tuta est statio nauium. Euripides Medea,  
Ἐτ Θεὺς ὁ νηὸς, οὐ μελιστὴνένομον,  
λιμνῶ πεφαντοῦ θώματος βολθυμοτωρ.  
Et ille in Epigrammate, salutem dicens spei & fortune, τὸν λιμένα, in-  
quit, εὔρου.

O uit.e.) Excurrit in laudationem philosophie, id est studiorū sapien-  
tie, figurata oratione *λατά ἀντροφόλω*. Ac dicit quidem fortiter hæc, pla-  
neq; Stoicè, magis scilicet quam fecit.

AT philosophia.) Vehemens increpatio aduersariorum philosophie.  
quæ cum nouitatis nomine reprehenderetur, docet antiquissimam quidem  
rem esse, nomen tantum recentius.

SEPTEM.) Septem sapientes, quibus nominibus & quæ cuiusq; pa-

tria

tria fuerit, nemo ferè ignorat. Plato in Protagora, Periandro omisso, Myso na Chenensem reposuit. Periandrum autem magis cupidū famæ fuisse tradunt sapientiae, quām sapientem. Itaq; cum patriæ esset tyranus, hoc tamen studio & cultu sapientum suo perfecisse, ut quasi in consortium & gregem quendam illorum reciperetur. Laudandus profectò hoc saltem nomine, quod hanc famam appetiuit, que nunc etiam probrosa in principiis uiris habetur. Apud Iuuenalem diues avarus, laudat tamen & admiratur disertos: nunc etiam derident. Sed hæc fortassis alieniora uideantur, et si uerior & grauior ista querela quām Ciceroniana est: qui tamen ita rē exaggerauit, ut atrocissimo uerbo parricidij non dubitarit uti.

SAPIENTIA M.) Etiam superiore libro similem exposuit sapientiae definitionem. alia enim est sapientia, que σοφία uocatur: & alia φρεγτική, id est prudentia. de quibus et Aristoteles διδάσκει in libro v i. Est enim sapientia eorum, quorum consideratio est simplex & absoluta. itaq; de his neq; deliberari, neq; mutare sententiam solemus. nunquam enim illa uariant, cum sint sempiterna: quorum & causas sapientia, & initia peruestigat & aperit. prudentia uero in ijs uersatur, que ad nos pertinent & referuntur, ut bonum malum, appetenda fugienda. de quibus Cicero libro i Officiorum ita: Princeps q̄ est omnium uirtutum illa sapientia, quām σοφίαν Græci uocant. Prudentiam enim, quam uocant græci φρεγτικήν, aliam quandam intelligimus, que est rerum expetendarum fugiendarumq; scientia. Illa autem sapientia quam principem dixi, rerum est diuinarum & humanarum scientia, in qua continetur Deorum et hominum communitas, & societas inter ipsos.

LYCVRGV M.) De Lycurgo Plutarchus nihil reperiiri certum dicit, neq; quo genere, neq; quibus temporibus procreatus fuerit. pleriq; tamen in ea tempora retulerūt, quibus instauratis ludis ab Iphito prima Olympias condita fuit. quod & Pausanias tradidit, & apud Athenaeum dicitur libro 14 his uerbis: ισράννυμος δὲ γν̄ τῷ ποδὶ λιθαργωλάδη, ὅπερ δέ πειπῆρον ποδὲ τῶντα, οὐ λυκόδεγον τῷ νομοθέτῃ, τῷ τορπανδρῷ φυσι γν̄εδαι, δε ψών πάντων συμφώνως ισορεῖται μετὰ τοῦ ιΩίτε τῷ πλάτε, τὸν πρώτων αριθμικόστου τὸ θλυμπίων θετιψ μιεθένας. Hoc pleriq; paulò superiorem fecerunt Homerū. Sed quām multis annis ante urbem conditam? Si in Homeri, ut & Cicero ni placet, tempus contulerimus, circiter c & l x, ut ex Cornelio Nepote

13 retulit

retulit Gellius lib. xvii. Cap. xxii. Sedita non incidet in Iphiti tempus. scripsit enim Plutarchus, Romulum natum Olympiade ii. Timaeus, ut idem Plutarchus refert, cōtrouersiam dirimere uoluit. Existimauit enim ucri es se simile, quod duo fuerint Lycurgi: Homeri alter temporibus, alter posterior Iphiti, sed huic uni etiam ea que de altero tradita essent, putauit attrita propter celebritatem ipsius fuisse. Sed haec inexplicabilia sunt. Nam & Homericum tempus non conuenit. siquidē Herodotus illum tradit fuisse annis cl x post Troica tempora. quibus si addantur clx, qui sunt illi anni Nepotis ante Urbem conditam, erit totus numerus cccxx. cum nemo fecerit pauciores quadringentis illos annos, qui inter captam Troia & v. c. intercesserunt. pleriq; plures, ut & Diodorus, qui à Troia capta usq; ad Coss. Qu. Aemylium & C. Junium, spacium intercedere dccc lxxx annorum scriptis libro xx.

VLYSSEM & Nestorem.) Heroum dicit Hesiodus genus occubuis se ad Thebas & Troiam, ἀνθρώπων οὐρανού γενέσης, οἱ παλαιότεροι. Eamq; etatem superiorem seu priorē uocat, ut eum proxima etate post Heraeas uixisse intelligendū sit: quo tamen Cicero antiquiore fuisse Homerū putat, in libro de Senectute. Sed apud Homerū Nestor cloquens & in consilijs dandis prudens, Vlysses uaser & callidus & simulator introducitur. Neq; sapientie uspiā nomen his tribuitur, neq; etiā alijs, ut Thoanti, quem & ipsum dicit eloquentem fuisse. Sed hoc tam diuino uerbo, ut Ciceroni placet, de fabro iussus reperitur in quadam parabola, Iliad. i. ἀλλ' αὐτεὶ σεβθεὶς θέρην νηιοῖς ἐξιθυμεῖ,  
τελετῶν τῷ παλαιεῖσθαι Ιάκουποντος, οὐ γε τὸ πάσχειν  
τὸν εἰσὶν σοφίαν τὸν θεοθημοσωμάτιον ἀθέλωνται.

A T L A S.) De quo noti sunt uersus in Odysseia.

— ὅτε θαλασσαῖς

πάσχεις Βρυθαροῖσιν, ἔχει οὐτὲ τε λιόντας αὐτὸς  
μανοῖς, αὐτοῖς τοῖς δρεποῦ ἀμφὶς ἔχεστι.

Referitur autem ex Pherecydis libro decimo in explicatione 1111 Argonaut. Apoll. Atlante, cum cœlū sustineret, exoratū fuisse ab Hercule, ut afferret poma Hesperidū aurea: interea se uice eius cœlū laturnū esse. Ita Atlantem onore liberatum, poma quidem attulisse, sed Herculi dixisse, quod ipse decruisset ad Eurystheam deportare, eiq; cœlum sustinendum relinquere. Tū Herculem, non difflictere id sibi, respondisse: petere tamen se ab illo, ut susciperet.

fusiperet onus tantisper, dum sacculum in caput sibi imponeret, ut ferret commodius. hanc autem fraudem Prometheus subiecerat. Ita igitur circumventus Atlas, depositis pomis, sub coelum iterum subiit. Ea, longa salute illi dicta, Hercules sublata, ad Eurystheam detulit. Sed quomodo conuenit, si tamen in fabulis conuenientia est exquirenda, Atlantem usq; capite Gorgonis, quod Perseus ostendisset, in montem mutatum fuisse, ut Ouidius quoq; retulit libro 1111 Metamorph. cum certe Perseus Hercule antiquior fuerit, id est proauus ipsius Prometheus Caucaso affixum ab irato fuisse iuste, notum est: additumq; aquilam qui iecur illius exederet, hancq; ab Hercule multis post annorum milibus interfectam fuisse. Sunq; & de Cepheo & uxore Cassiopea, & filia Andromeda & Perseo genero, note fabulae, exposita et ipse ab Ovidio paulo ante memorato libro. Atq; illa historiae accommodate sideribus fuerunt, quemadmodum alie quoq; alijs, fortasse ut argopisces & facilius perdiscerentur, & certius tenerentur.

A D Pythagore manauit etatem.) Hunc tradunt Pherecydem audisse, cuius etatem attingunt illi qui septem sapientum nomen in Graecia habuere. Ipse floruit post hos, Dario filio Hysias Pisarum tenente regnum, quibus temporibus & Polycrates tyranus fuit Sami, quem Pythagoras fugiens, in Italiam uenisse traditur. fuisse autem et inde oriundum, quippe Tyrrhenum, gemmarum scalptoris filium. De quo tamen alter de sermonibus Phliasiorum & Sicyoniorum, Pausanias laetatur. Scribit enim, Hippasum Phliasmum recusantem parere Dorientibus, quorum imperio Phliasi se subiecturos esse constituerent, cum alijs quibusdam in Samum se contulisse. Huius Hippasi quartam sobolem esse Pythagoram, filium Mnesarchi: cuius pater fuisset Euphron, filius Hippasi.

P R N C I P E Phliasiorum.) Phlius, unde πλιαστος, & fit Phliasmus, cum deberet esse Philintius, ut Opuntius: vel Phliusius, ut Sidusius. Nam Phliantem nomen loci indidisse hoc uolunt, ut & Pausanias scripsit, cum autem esset Arethynaea, quod & apud Homerum ut antiquius ponitur. De hac autem forma Cicero, Attico scribens, ita: Phliastis dici sciebam, & ita “ fac ut habeas, nos quidem sic habemus. Sed primo me αρεθυνια deceperat, φλιασις, δωρε, ορων, δημονια, οιωνια. Sed hoc continuo correximus. libro sexto. De hoc autem Phliastio sermone ita Laertius, ειπεν καὶ τὸν Βίον τοιούτος πάντη γέγεναι. ὡς τὸν τρίτον οἱ μὲν αγωνίδην, οἱ δὲ λατταῖς μωσεῖαν, οἱ δὲ γε βελτιστοὶ σφραγίτες θαταῖ,

θεαται, οτι των θεων οι μηδεμια προσωπωσιδες εφη φύουνται, οι  
Εγκαθιδια πλεονεξίας θεαται, οι δέ Θιλόσοφοι η αληθείας.

ARCHELAVM.) Hic fuit Milesius, Ionice sectae, auditor Anaxagore cognomento physici, quod et ipse habuit. censuit natura nihil esse neq; honestum neq; turpe, sed opinione et more.

M. Attilio.) Attilius Xanthippi Lacedemonij consilijs uictor in Africa circumuentus, & captus fuit: que historia copiose exposita est à Polybio, primo libro. quam auxit egressumcula quadam, de utilitate cognitionis talium casuum. ubi & uersum Euripidis posuit, ἀναστρέψασθαι τὰς πολλὰς κρίσεις νικᾶ. De Attilio multa in III Officiorum. De Cepione in Epitoma Liviani libri L x v i i . hoc legitur, Victum exercitum populi Romani à Cimbris, & Q. Seruilium Cepionem, cuius temeritate clades ea accepta esset, iussu Populi Romani condemnatum, bonis illius publicatis, & imperio abrogato. Legitur & in Epitoma libri L x x i i . Quantum Cepionem quandam à Marsis circumuentum, amissu exercitus cecidisse, sed de priore accipiendam hanc mentionem puto. De Aquilio reo repetundarum, in Epitoma lib. L x x . & de Orat. I. Hos igitur omnes viros fortissimos aduersa fortuna usos significat.

SITIENTEM.) Egregijs metaphoris usus est. Nam sitim de cupiditatibus & alibi posuit. Et Graci ita hoc uerbo usi sunt, de uehementi desiderio.

GEO METR. AE.) Ut exempli causa, triangulum habere omnes eaque duobus rectis & tri pli διδύλιον τοτένσα, ισοθωμάρη τας προπονήσας, et, την Αιώναραν δούμητρον γνω.

NAM Xerxes.) Refertur ab Atheneo lib. I. generaliter αὐτὸν σῶμα βασιλεῖς ων την πολεμούσην την εργασίαν την λαον πλην πολυτελείας πλῆθος.

NEQ; VENI enim unquam.) Inueniet, uel inuenierit, legendum puto. Et mox: Putat etiam ut sit bonum aliquod. In Venetis, si sit bon. Ego non uideo cur illam scripturam improbem. Et paulo post: Que scripsit Antiochus locis pluribus. h.e.c in Venetis libris multo aliter: cum in hac lectione nihil reperiam in commoditatis.

ENVICLARE.) id est, presso & subtiliter disputando exquirere. tenuiter enim quasi euoluta & explicata, ea uocarunt enucleata, translatio manifesta.

Tria

TRIA genera.) Ut bonorum, ita et malorum tria genera fecerunt ueteres: animi, corporis, fortunae. quorum animi propria et sua cuiusque, reliqua externa quedam: itaque et ratiocinio uocarunt, id est, ut mox Ciceron, extra nostram potestatem posita. et si externa haec, proprie fortuita que esse dixerit. Sed haec omnibus ferme nota sunt. De Callistheno Theophrasti et aene facili mentio. Versus autem græcus, quem hoc loco Cicero latinum fecit, ita habet,

τύχη τὰ δυνάμει προγενέτερης θελία.

Contra quam sententiam multa et Plutarchus ipsi τῷ τρόπῳ τύχη.

Si Dis placet.) Nunc et per inās, ut, Ille bonus uir nobis psaltriam, si Dis placet, parauit.

OCCUPAVI.) Plutarchus τιμηθεὶς, Græca refert uerba, πλεονελημοναστέ, ὥτύχη, καὶ πεπονική τὸν στὸν αφίενμασε παρέστησην.

TABELLIS obsignatis.) Figura prouerbiali, qua et in oratione contra Pisonem usus est: Græcus primo distinguere atque diuidere illa, quem admodum dicerentur. Iste claudus, quomodo aiunt, pilam retinere, quod accepérat testificari, tabulas obsignare uelle. Apparet de syngraphis, aut etiam testamentis ductam esse translationem.

NOS in diem.) Significatur hac forma sermonis quasi statutum tempus, et datus, ut dixere, dies, ut in formula emtioneis, quæ refertur L. prima, Digg. de in diem addictione. In diem emtio ita fit: Ille fundus cenuum esto tibi emtus, nisi si quis intra calend. Ianuar. prox. meliorem conditio- nem fecerit, quo res a domino abeat. Terent. In diem est quod mimitare Parmeno: id est, nondum praesens. Ita nunc ait, se uiuere in diem: id est tenere tam diu atque defendere aliquid, dum afferat dies aliud probilius. Et in secundo de Oratore, Barbaros in diem uiuere: id est, mutare consilia pro tempore. et simili sensu in i. Philip. non solum de die, sed etiam in diem uiuere, id est temporis beneficio uti.

VELUT in Gorgia.) Placuit Græca uerba ascribere, ut uolentibus omnes aut utriusque linguae studioſi uelle debebūt: effet in promtu collatio. τῶν λόγων. Αρχέλαου στήσας τὸν προδίκιον ἐράσης, αρχοντα μεταδονίας. σωκράτης. εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' ἐκπύγε. πλ. θεολογικὸν Στίχον εἴη, οὐδὲθλιθός; Σω. εἰς οἰδητα, ὡς τῶν λόγων γένεται συγγενεῖς τῷ αὐτῷ. τῶν. τί λαλεῖ συγγενεῖς θεοῖς, ἀλλας

K. Δέ

δὲ αὐτόθιν δὲ γενώσκεις, ὃς οὐλαμονῖς; σω. μὰς δέχεται.  
τῶ. οὐλούσι, ὃ σώκρατος, ὅπερε τὸν μέγα βασιλέα γενώ-  
σκει φίσεις οὐλαμονα τότε. σω. καὶ ἀληθῆ γε δρῶ. δὲ γάρ οἱ  
μὰς παστείας ὅτας ἔχει, καὶ δίκαιοστικός. τῶ. τί δέ γέ τότε  
ταῦτα οὐ οὐλαμονία δέκου; σω. ὡς γε εὖ γάλεγω, ὡς πάλε. τὸν δὲ  
γάρ οὐλούσι ἀληθήματα, καὶ γενώσκεις, οὐλαμονα εἰνά φε-  
μι. τὸν δὲ ἄλιον καὶ πονηρόν, ἄθλιον. πῶ. ἄθλιθα δέ τοι  
δέκινοι αρχέλατο, τοῦτο σὺν λόγοι. σω. εἴποργε, ὁ Θίλε, ἄδι-  
κος. Ex Epitaphio. ὅταν γάρ αὐτοῖς εἰς ιωατὸν ανέστητοι  
πάντα τὰ πέδη οὐλαμονίαν φέροντα, ἥτις γενότα τότε, καὶ μήδον  
ἄλλοις αὐθεώποις αἰωρεῖται, εἴ δέ οὐ οὐ οὐλαμονα πραξάντων  
πλαισίων οὐλαμονα, καὶ τὰ εἰλικρινά τότε αρίστα πρεσβύτεροι  
ζῶσι, δέ τοι δέκινοι οὐλαμονα, οὐλαμονα, οὐλαμονα, οὐλαμονα, οὐλαμονα,  
γενώσκεις γενώσκεις γενώσκεις γενώσκεις γενώσκεις γενώσκεις γενώσκεις  
τοιστέοις τῷ ποιομίῳ. τοῦτο γένος χαίρει τοις λυπόμενοις ἀγαθοῖς φε-  
νότασι, οἷα τῷ αὐτῷ πεποιθόντα. Sed in hac Ciceronis cōversio-  
ne quædā à Græcis dissentunt, ut aliter illū legisse hæc existimari posse.  
Primū enim illud omittitur, quod in Græcis legitimus, id iyyo. Est enim ta-  
lis sensus, quæ ad uitā beatū, uel propè ducunt. Deinde ubi Cicero, Hic et  
cadentib. et nascentibus cū reliquis cōmodis tū max liberis. Cum, ut nos  
Græca exposuimus, tale quidā significetur: Hic cū nascentibus & facili-  
tatis & liberis, tū etiā occidentibus in primis parebit uerbo isti veteri.  
Fieri aut̄ potest, & licet suspicari, ita hec legisse Ciceronē. τοῦτο γενότα  
οὐλαμονα οὐλαμονα οὐλαμονα οὐλαμονα οὐλαμονα οὐλαμονα. Nā nō attendisse, et  
de nostra scriptura hoc fecisse, et si mirabiles etiam eruditiss. nebulae erro-  
rū sēpenumero obijci scimus, tamen mihi sentire aut dicere religio fierit.

STIRPIBVS suis. ) Græcis φυτὸν est, cuius species δινδυν, θυμ-  
vīs, φρύγανον, πόνα, arbor, frutex, sarmentum, herba. Sed stirpium alie sem-  
per uirent, quæ ἀειφυλλα. alijs decidunt folia, quæ φυλλοβόλα dicuntur. A-  
lia est differentia θυμφων & ἀγριῶν, quæ sunt Plinio mites ac urbana, &  
silvestres. Sunt ἀρνητικὰ, quæ flores ferunt. ἀναρπα, quæ flores non fruct.  
ἀρπικα, quæ fructus ferunt. ἀναρπα, quæ non ferunt. Frugum autem ap-  
pellatione omnia significantur, quæ stirpibus & ad usum animantium &  
propagationem nascuntur. est cūm στρέψασι τῷ προναστίῳ, fructus.  
sed

Sed bacca sunt, ut oleæ et lauri, quas à Græcis peculiariter appellatae fuisse nondum notauiimus. Bestiarum autem aliae sunt ἔνδρα, aliae χόραια σώα. τὰ χόραια sunt πληνά, uolucres, ἵπποι, serpentes. In gradientium generis sunt δίπολα, τετράπολα, πολύπολα. ἔνδρα aut πλωτὰ sunt natantes. Item bestiarum aliae sunt μοναδικὲ, soliuagae. aliae συγγάμα, congregatae. aliae ἄγρια, immanes. aliae θυμφα, cicures. Terra autē testae, φυλιστὰ sunt.

ILLUD LACONIS dictum, &c.) Plutarchus dictis Laconicis, πόλες δὲ τῷ μακροελῶν ταῖς λοιπαῖς τῷ μέγιστης, οἰόντες δέ τοι πλωτά τῷ Θεῷ εἰν ναυπλιέσια πολλὰ ἔχων, λαβεων ἔφη, διπλοτεχνοὶ οὐδεμονίᾳ τε καὶ πεντεγυμνήν. Huius Lāpidos & alibi Plutarchus meminit, ut valde dimitis. Qui interrogatus aliquando quo pacto diuitias peperisset? Magnas respondit, facile: sed minutas, maximo cum labore. alibi λαμπτὸν legitur. fit & ab Herodoto mentio Lamponis Aeginetæ, λαλλών.

C O M P A C T A fortuna.) Aptæ alibi id quod uerius puto, & ad græcum Plutarchi uerbum respondet. O fides alma apta pinnis. Et, Cœlum stellæ ardentibus aptum.

E P A M I N O N D A S.) Epigramma extat in Eoeticis Pausanias.  
ἵμετράμεις βολαῖς απάρτη μηδὲ λειροτο οὐδέται,  
μεσῆν δὲ ιερές τέκνα χρόνον οὐδέται.

Ωνέν δὲ διπλοῖσι μεγάλη πόλις εἰσφαλωτος,  
αὐτονόμῳ δὲ έλαστον ταῦτα γίγλαθροι.  
Nos ita aliquando uerimus.

Consilij nostris detonsa est gloria Sparta,  
Et Messana iterum cultor in urbe frequens.

Victricemque gerunt Thebarum incenia laurum,  
Et gaudet posito Græcia seruitio.

¶ sole.) Hos uersus ita in Venetiis libris prescriptos reperimus.  
A sole exoriente supra Mæotis paludes,

Nemo est qui factis me æquiparare queat.  
Nos aliquando ita suspiciati sumus non male illos legi posse.

A sole exoriente supra Mæotida nemo  
Est, qui me factis æquiparare queat.

Quod non ideo refero, quasi Venetam scripturam improbem, que  
K 2 fide

fide nititur ueterum exemplorum: sed ut intelligeretur, quid illa ope destitutis nobis aliquando in meutem uenisset. Nam Maeotida, & Maeotin singulari numero, certe uocarunt paludem Scythicam, effluentem in Pontum Euxinum, quam & matrem Ponti nominarunt, ut Herodotus scripsit μεωτική. Videtur autem Ennius hac figura orationis uniuersum orbem terrarum significare uoluisse, ut exoriens sol matutinam & australem plagam, Maeotis palus septentriones & occasum designaret.

c. Lelij.) Historiae, quibus Cicero exemplorum uice ad probandum hoc loco uititur, partim nota, partim expositae ad requirendum, partim etiam ab ipso Cicerone satis explicatae sunt.

ACCIPERE quam facere.) Socratica sententia, indicata multis in locis à Platone, & disputata accurate in Gorgia, ὅτι οὐαῖς ὀντοῖς τῷ ἀδικεῖται καὶ τῷ ἀδικεῖται, μετὰ τῶν λόγων φρεστὸν ἀδικεῖται, ελαζούσης δὲ τῷ ἀδικεῖται. Cum duo hæc proposita sint, iniuriam facere, & accipere, existimandum maius esse malum facere, minus accipere.

DIONYSIUS.) De Dionysio scripsit accurate Philistus. & si assertatus illi in plenisq; putatur, ut reconciliato tyrranno, à quo in exilium actus fuerat, redditus sibi patet in patriam. de hoc isto quoq; loco nonnulla, ut uidetur, autore Cicero transtulit, quemadmodū & illud de equo summerso uoraginibus in agro Leontino, libro primo de Diuin. A posterioribus, tanti tyrranni neq; initia neq; incrementa satis diserte tradita sunt. Xenophon libro Ἀλευθεροῦ secundo, scribit regnum Syracusis occupasse Dionysium Hermocratis filium, ijs temporibus belli Peloponnesiaci, quibus Athenis triginta tyrranni fuerint. Polybius libro primo in huius tempus captam urbem à Gallis confert, sive autem illo ante duce Cartaginem maximas copias fuisse & profligatas, qua occasione usum ad inuadendam tyrannidem uerisimile fit. Plutarchus in Apophthegmatis, scribit hunc dictum ad populum, pro more sortitum, & obuenisse ei non tam litera M. tum per iocum dixisse quendam, μερόποιος Διονύσος, cum stultitiam in dicendo ipsius derideret. sed Dionysium acute dictum conuertisse, Imò enim, inquit, μερόποιος id est regnum obtinebo. Quod si huius pater Hermocrates fuit, & is quidem filius Hermonis, bonis certe parentibus & honesto loco ortus fuit. Nam Hermocratis unius prudentia & autoritate perfectum scribit Thucydides, primum ne Syracuse tradetur

rentur Atheniensibus, deinde ut Atheniensium tantus exercitus, cum ciuitatis illius exitiali clade deliceretur. De quo ut dubitam, in causa est quod apud Plutarchum legitur in vita Dionis, duxisse initio Dionysium Her-mocratis Syracusij filiam. Hermonis enim neptem uidetur significare: neque ueri est simile, sororem cum fratre nuptam fuisse.

CONVENIS.) τὸς σωματερφύλακας οὐ μεθοφέρει συμμίτεις τινὰς  
νηὲ σωμάτιας ἀνδρῶν δicit.

REGIAE uirgines.) Plutarchus paulo aliter in Dione:

Ἐτώ γέρη μὲν ἄτοις Θηγὰ πόλες ἔσπαν τας αὐθεώπας ὑποπόσιον καὶ  
πολεοελημόνος ἐλάχιστος φόβοις ἡ προσθέντος θεοῦ μιονίσι Θ., ὡς μὴ δὲ  
Ἀλεξανδρῖνος ταῖς τριχαῖς ἀφελεῖν λεπταῖς μαχαιρίαις, ἀλλὰ τῷ  
πλεονῷ τις ἀνθροῖτῶν, ἀνθεγονοὶ τῶν λεόντων πρίναντι. Diony-  
sius superior usq; adeò fidem nemini, et suspectos omnes habebat, ut pre-  
formidinē ne tonsorium quidem ferrum ad capillum admireret, cum ac-  
cessitus factorum aliquis carbone illum ambureret. Hoc constituisse hunc  
credibile est post illud tonsoris dictum, qui gloriatus fuisset, si paucis qui-  
busq; clapsis diebus nouacula admouere collo tyrāni. quē et cognito hoc,  
Dionysius cruci affigi iubuit, ut retulit Plutarchus ιψι τῷ περὶ ἀστορχίᾳ.

SIC distrahuntur.) ιωτωνηματικῶ. ut hoc,

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Impotentium autem, τις διετί nunc dixit, et qui sunt impotes animi.

DAMOCLES.) Διμοντῆς, οὐ Dorice Δαμοντῆς. ab Athenaeo inter po-  
sterioris Dionysij οὐναλας, huius, ut opinor, mentio fit.

PYTHAGOREIS.) Damon & Pythias hi nominantur in Of-  
fice lib. II. In Plutarcho περὶ πολυφύλακας scribitur φυτίας νηὲ λάμψη.

POETAM etiam.) Fuisse in primis poetice studiosum Dionysium  
superiorem traditur. Sed et filium huius, cum aliarum literarum & do-  
ctrinae, tum poeticae eruditio nō ardenter appetisse accepimus, cuius et  
gloriantis uersum alicubi hunc Plutarchus exposuit,

Δωρίσθικ μητρὸς φοίβες λειτώμαστι βλαεσώμ.

Nam Doris Locrensis genere, huius mater fuit: quemadmodum et libro  
tertio supra à nobis dictum. Sed superior cum tragedias studiose factita-  
ret, et illis sibi mirifice placeret, indignissimè cerebat non modo si quis  
sua poemata reprehenderet, sed si omnino non probaret. Ideoq; et Phi-  
loxenum, cum recitata nollet laudare, in Latomias coniculum, sacerdus culle

K 3 quidem

quidem Lucianus narrat. qui et inter uersus illius hunc refert,  
αὐτὸς οὐ πατέσσοι μωγοὶ βροτῶν.

Addit et hoc, comparasse illum magno studio tabellas, in quibus Aeschylus tragœdias prescribere solitus fuisset. Athen.lib. ix. uersus exponit ex Dionysij tyranni Adonide. Plut. de Alexandri uirtute aut fortuna, hunc ex tragedia Dionysij uersum memorat.

ἢ γάρ τυραννίς αὐλικας μητήρ εφεν.

Sunt qui Antiphontem ab hoc interfictum tradiderint, irato, quod tragedias reprehendisset suas, ut scripsit Plutarchus in uita Antiphontis.

C V M Aquinio.) Aut poëtam non admodum bonum hunc fuisse intellegendum, aut poëtarum familiarem, aut nescio quem: nihil enim habeo compertum. Hoc autem, id est sua cuique maxime placere, generaliore sententia posuit, Attico scribens lib. xiiii. Accipe à me, mihi Attice, laudare  
διόργυα earum rerum, in quibus exercitati sumus satis. Nemo unquam neque poëta neque orator fuit, qui quenquam meliorem quam se arbitrarentur. Hoc etiam malis contingit. Et paulo post: Quare sine quoque sibi scribere, cuique suam sponsam, mihi me am: suum cuique amorem, mihi meum. Non scite. hoc enim Attilius poëta durissimus.

FACINOROSIS.) Hoc Athenaeus lib. v. de Dionysio et Philippo traditum refert, utrumque honestorum hominum consuetudinem reguisse, et delectatum fuisse nihil ac futilibus et scurrilis ac affectatoribus. quin etiam cupide utrumque subleuasse eos, qui patrimonia ebrietate et aera absumperissent.

ARCHIMEDEM.) Per occasionem elegans dicitur inscrit, de reperito à se Archimedis sepulcro. qui nobilissimus geometra, interfictus fuit à militibus captis Syracusis à Marcello.

AGRAGIANAS.) Ἀράγας est Græcis urbis nomen, à fluvio. quo et Virgilius usus, Arduus inde Agragas — Forma autem Latina dixerat Agrigentum. unde Agrigentinus. sed et à græco ἀράγαρτιν fit. De hac igitur forma querendum diligentius. Significari enim certe portas puto, quā Agrigentum petentes tendere solerent.

COMMITITVR.) In Venetis, comitatibus: id quod mihi nequaquam displaceat. Nam et in sequentibus comitatur huic uite dixit. et cum tarditate animorum non facile coniungi uirtutem, sic rectius intelligi videntur. Hæc autem luculenta omnis doctrina, id est philosophie partitio, et ipsa Stoica est. Stoici enim, φιλοσοφία τρια μηδὲ esse tradidere, λογική,

επικριτική

διδούσιν, φυσιδού, cui addidere disputationem de Natura deorum.

SVOS queq;. ) Omnia sunt hæc talia, ut hominis eruditum animum contemplationis suæ uoluptate summa afficere necesse sit. ideoq; splendida ubiq; Cicero mentionem motuum facit.

DELPHIS precepta.) Nam ut alibi retulimus, in foribus Apollinis Delphici prescriprium, et relatum à quibusdam ad Apollinem autorem hoc dictum fuit, γνῶθι σεαυτόν. De quo Plutarchus contra Colotenita, ὃ δὲ πράκτηται, ὡς μέγαν καὶ σκεπαγμένον Θεόν, εἰδιζωτέων φυσιγένειαν τὸν, καὶ τὸν γὰρ θελφοῖς γεγεννωτῷος θεότερον εἴδεται, γνῶθι σεαυτόν. οὐκοῦ σωκράτειος ἀρχέτοπος οὐτούτως τάστης αρχής γνέσιων, ὡς αριστοτέλης γνώστης πλα-

τωνικοῖς ἔργοιν.

P V T A S.) Putabas, Veneti. Nascentur autem uiole ac rose amoenissimo anni tempore, et sunt flores ipsi suauissimi ac delicatissimi. itaq; mentione uiolarum ac rosarum significauit Cicero uitam delicatam et molle.

A laqueis.) Subtiles dicit conclusiones Stoicorum, quibus animi implicantur, et capti haerent, quas alibi spinas.

C O E L U M Q V E contingat.) Id est, eminunt et excellant ad extimum quendam modum. ἐπιβολὴ proverbalis, qua et Horatius usus, Sublimi seriam uertice sidera. Et Cicero Attico scribens: Bibulus in celo est, nec quare, scio. sed ita laudatur, quasi unus homo nobis cunctando restituat rem. lib. II. [Et eidem: Hortensius quam plena manu, quam ingenu, quam ornata nostras laudes in astra sustulit?]

F A C E S.) terrificat, et grauiſſime affligit. est enim ignis et ustionis accerrimus dolor, quas et Hippocrates inter ultimis medicinas ponit.

N V D I etatem.) De duplicitibus Indicis sapientibus traditum est à veteribus, Brachmanibus illis praestantisimis, et his longe inferioribus gynosophistis, de quibus hoc loco mentio fit.

M U L I E R E S uero in India.) Herodotus ἡρόδοτος, de Thracicis mulieribus hoc tradidit, eorum qui supra Crestonios loca incolerent. Vnum quenq; autem habere illic uxores complures. Mortuo autem uiro, et ipsas mulieres mirifice disceptare inter se esse, et amicos uehementissime contendere, ut reperiant eam quam uir maximo amore complexus fuerit. quo disjudicato, uictricem in hoc certamine cum alijs tum uerborum honore affectam duci ad bustum mariti, ibiq; mactari a proximo cognato, atq;

ita

ita iuxta maritum sepeliri. Alias autem discedere uictas cum summo dolore, seq̄ miserimas esse ducere. Nullum enim in illa gente muliebre probrum hoc ipso maius existimari. Sed plerique; alij omnes de Indicis mulieribus hanc historiam tradidere: et isti nauigatores nuperi idem narrant. Nosque audiuimus de quodam, qui affirmaret uidisse hoc se oculis suis. Plutarchus in libello quo differit, ad inscricuitatem satis posse uitia, sic ait, ἵνδῶν δὲ Κίλανθοι καὶ σώφρεονθ γυναικῶν, τὸν τοι τωνδός δρίζοι καὶ μελχοντα πέδη ἀλιπάς. τὰ δὲ νικήσασπε τεθνύνοντα αὐτοῖς συγκεκριμένα, μακροίαν ἀποστρέψαντα. Similiter et Propertius Indicas mulieres hoc facere indicat lib. III. elegantissimis uersibus, quos et ascribere placuit.

Felix Eoīs lex funeris una maritis,

Quos aurora suis rubra colorat equis.

Namque ubi mortifero iacta est fax ultima lecto,

Vxorū fuis stat pia turba comis.

Et certamen habent leti, que uiua sequatur

Coniugium: pudor est, non licuisse mori.

Ardent uictrices, et flammæ pectora præbent,

Imponuntq; suis ora perusta uiris.

Exemplum autem huius moris descripsit copiose Diodorus lib. XI x. de q; etiam illo paulo alter retulit quædam, hoc fermè modo ut sequitur. In castris Eumenis, inquit, tum accidit res admirabilis, et à Græcia institutis alienissima. Ceterus enim quidam, unus ex Indicis ducibus, cum fortiter pugnasset in prælio ceciderat, duabus relicti uxoris, que secutæ ipsum fuerant. de quibus unam paulo ante priori alteri superinduxerat: que ambae magno amore fuerant eum uiuentem prosecuta. Cum autem esset anti qua apud Indos consuetudo, ut adolescentes et uirgines non secundum parentum uoluntatem matrimonia contraherent, sed ita, si ipsi inter se conuicnissent, accidebat ut tum plerung; iudicia iuuenilis etatis infelicius caderent, utq; pœnitentia ambo se penumero coniuges ducerentur. Vnde fiebat, ut multæ mulieres corrumperentur, et alienos amarent. Tantum cum honestam nullam speciem reperirent, qua maritos suos deferere possent, coepere uenenis illos è medio tollere: adiuuante hæc consilia et regione referta uarijs ac nocentibus uenenis, de quibus aliqua presentem letum

letum afferunt, si illita modo fuerint cibo aut poculis. In crebrescente au-  
tem facinore, multisq; viris hoc pacto sublati, quod supplicijs nullis son-  
tum reliqua à scelere deterrentur, lata lex fuit, cum mortuis viris, que  
superstites uxores fuissent, neq; liberos haberent, neq; grauidæ essent, ut  
exurerentur. Hoc autem recusantes, ne iterum unquam nuberent, utq; re-  
bus diuinis & sacrorum ritibus arcerentur perpetuo, tanquam impia.  
Quibus sanctis perueritas mulierum mutata fuit. Territ & enim magni-  
tudine ignominiae, cum mortem singulæ æquis animis subirent, cum coniu-  
gum salute perinde ac propria fuerunt sollicitæ, tū etiam de mortis societate  
non fecerunt quād summa laude contendere. Id quod tūc quoq; ussuuerit.  
Quod enim lege iubente una esset exurenda cū viro interficto, exequia-  
rum tempore ambæ affuere, non aliter quād virtutis præmium petentes  
societatem mortis. Recepere igitur milites causam dijudicandam. Ibi po-  
sterius ducta ostendere priorem esse grauidam, & lege ab interitu exclu-  
di. At hæc affirmare, se ut tempore, ita honore quoq; priorem esse oportet  
re. Nā & alijs omnibus in rebus grandiores honore & ueneratione præ-  
stare. Milites autem re per obstetrics comperta, cum grandiorē uterum  
ferre constaret, sententiam tulere secundum iuniorē. Quo facto, illa ui-  
cta in iudicio discedere cum ciulatu, capitis ornatum dilanians, & cri-  
nes euellens, quasi maximæ calamitatis nuncio accepto. Altera uero gau-  
dens uictoria, redimita mitris à familiaribus mulieribus, exornataq; in-  
signem in modum, quasi ad nuptias iret, ad rogam à cognatis deduceba-  
tur, qui canebant laudes virtutis ipsius. Cumq; ad rogam uerum esset, de-  
tractum ornatum distribuebat suis amicis & familiaribus, quasi in memo-  
riam caritatis. Erat autem ornatus, annuli in digitis plurimi, preciosiss &  
uarijs gemmis conspicui. In capite uero magnus numerus stellarum au-  
rearum, diversi generis gemmis distinctarum. In collo magna copia moni-  
lum, quorum alia minora, alia semper ut ulteriora sic etiam maiora. Po-  
strem consolatatis familiaribus suis, cum à fratre in rogam sublata fuisset,  
omnibus qui ad spectaculum confluxerant admirantibus, heroicè uitam finiuit. Vniuersus enim exercitus ante quam rogas accenderetur, ter  
armatus circumiit. Ipsa autem acclimata viro, igne iam inualescente, nullā  
uocem humilem emisit. Itaq; qui spectabant, alijs misericordia moueri, alijs  
non posse modum facere laudandi. Græcorum uero plerisq; lex ea uideri  
inhumana & seua. Hæc et si longiora, tamen ut exemplum tam mirabi-  
lis moris, ascribere voleamus.

L

Maloq;

M A L O Q U E more.) usus & consuetudine uitæ. Significat autem  
mos & cœnæ, ut hoc loco: cum usurpatione diurna, aliqua iam  
quasi legis vim obtinuerunt, que sunt v. i. u. & Herodoto v. i. u. & o-  
mnino v. i. u. & s. p. numero uitiosissima, ut scortatio uirginum Lydarum,  
& humane atq; adeò patria carnis cibus apud Indos, & latrocinia Ger-  
manorum. Ita & Plautus Menachmis: Ut hoc uiuitur more morum mo-  
lesto maxime omnium. Atq; uti quiq; optimi sunt, maxime morem hunc  
habent. Significat et r. e. v. ut. Cuius mos maxime est cōsimilis uostrum.  
sed tum plurali in numero frequenter ponitur: Id cum studiisti, isti for-  
mæ mores ut consimiles forent. De Aegyptiorum autem moribus copiosa  
extat narratio apud Herodotum, v. i. p. w. n.

T A M E N fieri.) Similiter quidem & alibi reperitur hæc particu-  
la, id est avancionis, cum soleat respondere ad quamvis, & si, quanquā:  
ut sit auctor aduersatiua conditionis. Libro suprà 111. Nos autem non  
solum audeamus ramos amputare miseriarum, sed omnes radicum fibras  
euellere, tamen aliquid relinquetur fortasse, ita sunt stirpes altæ stultitiae.  
Intelligitur enim plena sententia talis quedam: Etsi enim hoc factum e-  
rit, tamen relinq. Quibusdam autem placuit, Tametsi hoc loco: id q. o d  
ne mihi quidem improbatur.

N O N officio.) Id est, non solum ut debeat, sed etiam ut possit ita uiue-  
re. Multa enim sunt in preceptis absolutiona, quam ut præstari possint.  
Cuiusmodi in Stoicis plurima esse creduntur. Et dixit Aristoteles etiam:  
hoc præclare, οὐδὲν ἀπορίων λέξην οὐδὲν μετέριον αἰσθαντο.

R E T R A C T A T I O N E ) dubitatione, & quasi tergiuersatione.  
iusit enim suprà libere & clara uoce eloqui sententiam de uita beata. sic  
in primo libro: Veniet tempus, & quidem celeriter, & siue retractabis,  
siue properabis, uolat enim etas.

N U L L I V S autoritate.) Socraticum hoc esse uolunt, exquiri de u-  
naquaq; re proposita id, quod maxime uerisimile esse uideatur. Itaq; ille  
apud Platonem Charmidi hoc dicit, πάντως γὰρ εἰ τὸ σκέψασθαι, εἴτε αὐτὸ-  
ίστη, εἴτε πάλλα πίστον ἀποδίδει πάντας, οὐ δέ. De Finibus autem & alibi à Cice-  
rone copiose disputatur, & huius disputationis certi sunt libri illius, & à  
nobis iam etiam ante aliquid dictum est.

A N A C H A R S I S.) Hec epistola græce ita fertur:  
αναχαρσίος αὐγεῖν. Κοινὴ τε εἰσλημαχλαῖνα συνθήκη, καὶ οὐδὲν  
μαζόρευεν.

μελέμα τωδῶν, λοιπὴ δὲ τὰ σταγῆν. Λεῖπον γὰρ αὔτους, γά-  
λα τὸ τυχόν, καὶ λείπεται ὁ πτῶμα. τοιὲν, ὑπερθεός δὲ τὸν ἄγνοντός με προ-  
λαβὼν, ὃν οἱ πλειστοὶ ἐνεκρύπτοντες τοιούτους, προσγενόντες τῷρος με, εἰς τὸν  
μετρητήν ἔχεις. Πλάγα δὲ οὗτος γνωριζόμενος, αὐτὸν λαθεῖται. οὐδὲ  
δὲ οὗτοι λαθεῖται τοιούτους εἰς χρέους τὴν αὐτοῦ δοκίμην. Ex his apparent  
quid dixerit solorum callum. solum enim est planum pedis imi, quae pars  
et planta dicitur. callum uero superfluum quiddam in musculis: ut apri-  
num callum. Est autem callus, et callum.

SOCRATES in pompa.) Pompas dixere apparatus sacrorum,  
dilecta pietatis causa deo. hæc enim erant quedam deductiones uictimæ  
rum, cum quibus ad tempora deorum procedebatur. Socratem autem in  
uita sua in primis exercuisse se ad uotarum pœnæ, id est ut quam paucissimis  
contentus esset, scimus. unde ex illa Cynica disciplina nata mendicitatis.  
Simile autem quiddam de Socrate Plutarchus refert, in libello de Aequita-  
te animi. Socrates, inquit, cum audiret unum de amicis querentem, nimis  
esse sumptuosam ciuitatem: uenire enim uinum Chium mina, purpurā tri-  
bus minis, mellis heminam denarijs quinq; præhensum illum abduxit ad  
polentes. En, inquit, modius dimidiatus obolo uile est. Inde ad oleas, semis-  
se sextarios duos. mox ad lacernas, decem denarijs uile est. Sed græca  
quoq; uel nostræ uersionis cauſa, quam satis commode illa interpretari  
confidimus, placuit ascribere. ὁ σωκρατης ἀκόστε τινὸς Κύρου  
λαμπεγοντος, ὃς τολυτελὴς ἡ πόλις, μνᾶς ὁ χῖος οὖν Θεός, ἡ πόλις  
φύσει τρομέων μνᾶς, τοι μὲν οὐτοις λειτουργοῖς φραγμῶν, λα-  
ρεῶν αὐτοὺς πεστηγενεῖς ἀλλούτοις, δέολδε τὸν μίεντον, διπε-  
λήν ἡ πόλις. ἐπει ταῖς ἐλαῖαις, μυστὶ χαλκοῖς ἡ χοῖνις. ἐπει ταῖς  
ἔξωμοις, μέντος φραγμῶν, εὐτελὴς ἡ πόλις. De Xenocrate, et hoc  
dono talentorum quinquaginta, ex dictum Alexandri refertur à Plutarcho inter  
ἀποφθῆμα βασιλικά. Est autem summa hæc ad duodecies;  
et nummi horum temporum ad coronatorum triginta milia. Triginta  
autem minæ septertia erunt XII, coronati trecenti.

DIogenes.) Hoc narrauit uerboſe et eleganter Plutarch. in Alexan-  
dro. cum non uenisset ad Alexandrum Diogenes, ut perauerat, ipſe  
Corinthū ad eum in Craniū, ubi diuersabatur, accessit cinq; compellasset.  
interrogauit, Num quid uellet? tum Diogenes, μηδὲν, δέοντος, εἴπει τὸ μέτρον  
μετράσῃ. In Venetiis, eleganti illa legitur: Nunc quidem paulum, in-

L 2 quit,

quit, à sole. idq; uerum esse iudico. Apricari autē est ὑλισσαι, seu θεραπεῖαι.  
GENERA diuisit.) De quo & in primo de Finibus, & in II. ubi diui-  
sio hęc reprehendit ut uitiosa, quod non tria hęc genera sint cupidita-  
tum, sed confusa species in hac, quam ibi partem uocat. Debuisse enim ita  
facere: Cupiditatum duo esse genera, naturales & inanes. naturalium i-  
tem duo, necessarias & non necessarias. Atq; ita fecit Plato octauo ων-  
τεῖν, distinguens atq; definiens, id est σύστασις τὰς ἀναγνώσας, ἐπιδυ-  
μάς, καὶ τὰς μόδας. Cicero autem & hoc reprehendit secundum Stoicorum  
placita, de quo nos disserere necesse non est. Diuisio autem Epicuri in eo  
libro exposita, quem inscripsit Lucretius, refertur ad Laertio in vita il-  
lius his uerbis. Τῷ μὲν πολυμηδῷ σέ μὲν εἰσὶ φυσικαὶ καὶ ἄνθε-  
ται, αἱ δὲ φυσικαὶ καὶ διὰ αὐτῶν αναγνώσας, αἱ δὲ στεφανικαὶ στε-  
φανικαῖσι, αἱ λαβήσασι λευκὸν οὐδέποτε γνωμένα.

(PTOLEM AEVS.) De Artaxerxe simile quiddam narrat Plutarchus in dictis regum. Quadam in fuga amissis impedimentis, oblatis fucus  
ficcis & panem hordeaceum cum comedisset, maxime se uoluptatis di-  
xisse ad illud usq; tempus expertem fuisse. De Dionysto quod hic dicitur,  
Plutarchus ibidem hoc modo. Λοκιμαχοῦ διά μελισσῶν πρὸς αὐτοῖς  
τῷ μελανῷ λεγομένῳ λαμπάδῃ, ὡς μὴ λεγασίδις διέδωται, λέγεται  
διανύσι. Οὐ δι τοικλίνες τύραννος τὸ του χαθεῖ λακωνικὸν μέ-  
γερον τείχαδα, οὐδὲ πλεσάξα τονισταὶ μὲν πολεῖς φεύγοντες  
μένουν αὐτολόματος, εἰς αἴτη γνωστούντων οὐδὲ μηχανανταί  
ποστύραι. οὐδὲ τοὺς μάγιδους εἰταίη, ὡς βασιλέας, τοὺς δὲ τοὺς  
ζωμοὺς γυμνασταὶ μὲν λακωνικῶς, τὰ διηρθταὶ ἐπονέαται. De ni-  
cti Persico παιδίεσσι λύσει ad ita Xenophon. οὐ πρὸς μητρὶ οι-  
τουῖται οἱ παιδίσσι, ἀλλὰ πρὸς τῷ μηδασκάλῳ, οὐτανοὶ αρχον-  
τος συμμίνωται. φρόντισι δὲ οἰκοθεν στῆται μὲν αὔτες, οὐτοι δὲ τοῖς  
διαμοι, ταῖς δὲ ἡγεμονίαις, λαθωναῖς, ὡς ἀρχὴ τῷ ποταμῷ αὔτε-  
σαδα. De Socrate autem Athenaeus sic lib. 4. σωκρατις δὲ τοι  
λακης πατελαμβανετο λακωνικῶν ἐπονέαται Βαθέατος περὶ  
οινίας, οὐδὲ περὶ τοῦ παθανομένος, τοῦ τηνικαὶ οὐδὲ ἔλεγχον, οὐδὲ  
σωματικού περὶ τοῦ διετηνού. Socrates sāpe deprehendebatur ue-  
stera profunda obambulans ante domum. Interrogatusq; Quid nam illo  
ad eō tempore? respondebat, se colligere ad cœnam obsonium.

Timothicum

TIMOTHEVM clarum.) Athenaeus libro decimo,  
τιμόθεος διάνοιαν Θέτει πλούτελῶν οὐδὲ σραπηγικῶν Διε-  
νων ταραχηφθεῖς ἔτος τῷ πλάτωνι Θεοῖς τὸ γὰρ ἀκαδημία  
συμπόσιον, οὐδὲ εἰς αὐτοὺς, ἀφελῶς ἐφικοῦ μυστικός, ὡς οἱ πάντες  
πλάτωνι Διεπνοιαῖς πάσῃ οὐδὲ οὐδὲ σραπηγικῶν γίνονται. Πάντα  
τοις θεοῖς θεομνηματιμένοι, οὐδὲ τῇ οὐδεράματε οὐδειών  
θεοῖς απαντήσας τῷ πλάτωνι εἰστράψαν, οὐδὲς, οὐ πλάτων, οὐ Διε-  
νωντες μᾶλλον εἰς τὴν οὐδεράματεν τὴν ταροῦσαν οὐδὲραν. Ti-  
motheus Cononis filius, acceptus à Platone post sumtuosas & imperato-  
rias coenas, coniunctio apparato in Academia, cum coenatum fuisset, simpli-  
citer & apposite dixit, eos qui apud Platonem coenarent, etiam postridie  
bene se habere. Hegeſander autem in Commentariis tradidit, postero die  
obuiam Platonii factum Timotheum dixisse, Vos, o Plato, iucunde coena-  
tis magis in posterum diem quam in præsentia.

DIONIS propinquos.) Hic Dion Hipparini filius fuit, cuius filia  
Aristomache soror Dionis, nupsit Dionysio patri. Dionysius tamen fi-  
lius non ex hac, sed ex Locride nomine Doride suscepitus fuit, ut dictum  
est. Hic liberatis Syracusis tyrānide, nefaria perfidia Callippi Athenien-  
sis fuit interfectus. Περὶ τούτου τῷ Διόνῳ οἰκέτης οὐδὲ Φίλος  
præclara illa epistola de maximis rebus grauiſſime à Platone scripta fuit.  
In qua ista sententia ponitur, his uerbis. τάχτις Διὸς τῇ Διαδονοικῇ  
ἔχων, εἰς ἵταλίαν τε Καπιτανίαν οὐδὲ θεοῖς προστρέψαντο  
ἔλθοντα Διόνα, οὐ τάχτι λεγόμενον Βίον θεόν Διόνον οὐδὲ ταλια  
τικῶν τε οὐδὲ συρρεκτιῶν τραστερῶν πλάγης, οὐ Διαμάδες οὐρεστε,  
Διός τε θεοῖς προστρέψαντο πλαστούς, οὐδὲ μαλέποτε λοιμώμανον  
μόνον τύπτωσ, οὐδὲ στατούτων θεοῖς προστρέψαντο λοιμώμανον τύπτων.  
Εἰς γάρ τούτων τῶν οὐδὲ τῶν θεοῖς προστρέψαντο λοιμώμανον τύπτων.  
Quid autem scriberet, si uenisset in Germaniam, talem qualis nunc est luxu & crapula perdidit? non enim à  
maioribus hunc morem accepit, sed ipsa luxu & crapula usi pauit. ubi  
non bis modo uno die complentur, sed secundum concediam: πι-  
νετος οὐκέτης οὐδὲ οὐδὲς, οὐαστερόμνοι τε οὐδὲ λιροταράφες

L 3 ΤΩΝ

νόν τοι ἀκράτου, οὐφαλές ἔχοντος τρεῖς ὁστῷ αρτεμίσιον.  
Nam aliam turpitudinem uitæ huiuscemodi comitem, etiam pudor com-  
memorare prohibet: cum relicta à patribus profunduntur: cum ad sum-  
tus immodicos per fas & nefas reparantur: cum libidinibus liquefcunt.  
Sed παρεξέλω γὰρ, ἀλλότε, redeamus ad rem.

SARDANAPALI.) De hoc Athenœus libro XII. Sardanapalum Anacyndaraxis, uel ut alij tradiderunt, Anabaxaris filium, luxus & li-  
bidinibus perditum, conspectum fuisse inter mulieres, ornatu et comitu-  
larum ab Arbace Medo, a quo & intersectum Duris, oppugnatum Cte-  
sias, sc̄q; ipsum in regia combusisse, scripsit. Inq; illius sepulcrorum effi-  
giem positam eo gestu, ut crepitum digitis edere uidetur, cū inscriptio-  
ne tali: SARDANAPALVS Anacyndaraxis F. Anchialen & Tarsum  
extruxit uno die, mīc mortuus est. Eadem autore Amynta paulo post ita  
exponit: EGO REX fui. Et quoad uixi, bibi, comedi, rei Venereæ ope-  
ram dedi: cum scirem & breue esse tempus, quod hominibus ad uiuentie  
conceditur, & uarijs mutationibus atq; afflictionibus obnoxium, quod  
relictorum à me bonorum fructus futurus esset aliorum. Quare hoc fac-  
ere, diem nullū intermis. hæc ait in lapidea columnâ perscripta Assyriis  
literis, postea interpretatum ueribus fuisse Chœrulum. Exponit & ter-  
tiam scripturam talem: Sardanapalus Anacyndaraxis filius, Anchialen  
& Tarsum extruxit uno die: Ede, bibe, lude, alia enim tanti sunt. Quasi  
illum crepitum digitorum diceret, quem effigies imposita edere uidetur,  
ut suprà dictum est. Versus autem referuntur ab Athenœo lib. VIII.  
εῦ ἀσθέστη θυντὸς ἐφυς, σὸν θυμὸν ἀτέξε,  
τῷ πόμπῳ Θαλίντος, θανόντες τῷ δὲ θυντοῖς.  
καὶ γέρεγά πασοίς εἴμι, νίντο μεγάλης Βασιλεύσας.  
καὶ ἔχω δοσ ἐφαγού, καὶ εφύβεσαι, καὶ σῶι δρῶπ  
τῷ πν̄ ἐπαθού. τὰ δὲ πολλὰ ιγδοῦ λειωσατο,  
ά δὲ σοφὴ βιότῳ προσίνεσαι, σολεώτος αὐτῷ  
λίπομαι, οὔτε διώ οὐδὲ λαῷ τῷ μαπέέρονα γενούμ.  
Hec posse commode mutari Chrysippus censuit, hoc quodam pacto,  
εῦ ἀσθέστη θυντὸς ἐφυς, τῷ θυμὸν ἀτέξε,  
τῷ πόμπῳ μήθοισι, φαγόντι σοι θυντοῖς θυντοῖς.  
καὶ γέρεγά λεκκός εἴμι, φαγώμ ὡς πλεῖστα, καὶ οὐδείς

ταῦτα

EXPLICATIO.

17

τοῦτο χωρὸς ἐμαθού, καὶ φέροντισα, καὶ μετὰ τότῳ  
ἔδλεῖ πάθον, τὸ δὲ λειπόντον οὐδὲ πάντα λέλαψαι.  
Hæc ipsa etiam conuertimus, si cui forte bonarum literarum studioſo hæc  
opella aliquid utilitatis allatura effet.  
Esse scias cum te mortalem, dulcibus auge  
Delectans animum, morientem nulla sequentur  
Gaudia. Namq; ego Rex Nini maximus olim.  
Nunc cinis: hæc habeo quæ edi, petulansq; libido  
Suauiæ quæ carpit, iacet alti copia regni.  
Hoc sapiens igitur præceptum mente tenebo  
Semper ego memori, quisquis uollet, ille parato  
Diuitias studio æterni glifice laboris.

CHRYSSIPPEA.

Cum genitum esse scias te mortalem, artibus auge  
Corda bonis recreans, comedentem nulla sequentur  
Gaudia. Namq; ego nunc de pastu ignavius opimo,  
Deq; uoluptatum longo sum futilis usu.  
Quæ didici, atq; animi curis uigilantibus auxi,  
Hæc mea sunt, deq; his quæ sitæ gloria laudis.  
Extra hæc quicquid erat iucundum & dulce, relicta est.

DEMOSTHENES.) Anum ita demonstrasse Demosthenem, ait  
Plinius libro ix. Epistolarum, ἡγεμόνα Δημοσθένους. Morem autem fe-  
renda aquæ & Homerus indicauit, Iliad. 5.  
λαίκην ὑδωρ, φορέντη μεσημβίαν, ἥτις δέντες  
πόλλα αἰναχομένη.

DEMOCRITVS.) Hoc sic Laertius, ποκεῖ δὲ καὶ ἀθίναζε.  
Ἐλθεῖν, καὶ μὴ μεταλλέσσαι γνωδίαν αὐτοῦ, θέξεις καταφερονῶν. καὶ εἰ-  
δῆναι μὲν σωκρατίων, ἀγνοεῖδεν δὲ τὸν αὐτόν. ἀλθον γάρ φη-  
σιν εἰς ἀθίναζε, καὶ ὅπις μὲν ἔγνωκε. Videtur & Athenas uenisse,  
sed noluisse innoscere. Veni enim, inquit, Athenas, & nemo me agnouit.  
Heraclitii dictum apud eundem ita refertur. Ιεράτερον δὲ καὶ  
τῷ ἐφεσίων ἀντεῖλεν τὸν ἐπαύρου ἐκβαλεῖν ἐρυθρόνταρον, γνοῖς φη-  
σιν, ἐξιουσίας ἀβύσσοντα φέρειν τὸν αὐτόν τοι.

πόλιν

πόλιψ καταλιπεῖν, οἵτινες ἐργάσθωσον ἡών τῷ ὄντισθαι δέεται, λέγοντες, μηδὲ εἴς ὄντισθαι εἰσα. εἰ δὲ λιγοτερούτως, ἀλλοτε πειμετ' ἀλλων. Taxat εἰς Ephesios ob expulsum amicum suū Hermodorum, cum ait, Dignos esse Ephesios qui cum pube uniuersa extinguantur, et ciuitatem impuberibus relinquant, quod eiecerint Hermodorum omnibus ipsis præstantiorem, hoc locuti: Nemo præstantior sit nobis, sed si quis erit, alibi et cum alijs esto. Hunc Hermodorum scribit Plinius interpres legum xii tabularum Romanis. Nam in Italianam concessisse, in epistola ad eum scripta Heracleti dicitur. ubi et hoc legitur, iam olim à Sybilla de ipso prædictum fuisse: et uersus memoratur,

ἢ ιαδίθ χώρας οἵτε σοφοί τελιῆστι.

Ex Iade Italicas ueniet sapientia in oras.

ὄντισθαι autem præstantiorem, meliorem, utiliorem dixit Ionice, qua uoce ut aduerbio usus est Appollonius Argonauticorum 11, τῷ καὶ ἀλλα μεθύτες ὄντισθαι τονισθε.

Θερστελέως.—

SEMPER in pluribus.) Plutarchus in libro, quo differit, Ne suauiter quidem uiri posse secundum Epicurum, εἰ δὲ ἀκεῖς αὐτὸν μαρτυρουμένων καὶ θεῶν τοις τοῖς προστάταις τοῖς φύσις τοῖς σώμαστοῖς προστάταις. καὶ τοῦτο αὐτοῖς τὸ ἀγαθόν τοῖς. Si audis testificantes et uociferantes ipsos, ita esse natura comparatum, ut nulla re omnium rerum animus gaudeat et acquiescat, nisi uoluptatibus corporis, siue presentibus, seu speratis. Hoc que illis bonum est. Et mox, ἀλλοδεδεῖ μανοῦσιδαι φασι, τὸ δὲ σῶμα τὸν φύσιν ἔχειν ὅποι τεθνεῖται τὸ ἀγαθόν, εἰ μὴ μόνον θέρη δέεται αὐτοὺς τοῖς, ὃς φυσι μετρέσθωσος γράπταις ποιεῖται σοφίας, ὃς τοῦ αὐτοῦ τὸ ἀγαθόν δεῖ, τὸ φυγεῖν τὸ ζειτού. γέθει γαρ τεθνεῖται τὸ ἀγαθόν, τὸ κατεῖται δταυ μιθεῖται τὸ ζειτού. μήτε ἀλγεινόν, μήτε λυπηρόν. ομοία δὲ οὖν τὰ ματέρες λέγοντες, τὸν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν δέ αὐτοῖς τὸ φυγῆς τοῦ ζειτού, οὐδὲ τὸ μητρός οὐδὲ αὐτοὺς τοῖς ποιεῖται τὸ ζειτού. τοι τέτω συμβεβηκεν αὐτῷ γραπτά δέ. τὸ γαρ ποιεῖται αὐτοῦ δρέπλιτον γῆθε, τὸ πῦρ αὐτὸς τε φυγιμόνοι μεγάζειτο.

καὶ

καὶ αὐτὸν φύσις ἀγαθὸς, ἀντὶ δὲ φύσεως ἀνθρώπος, εἰπειτα τὰ σάβιν, καὶ  
μὴ λεγόντες πολεμεῖν πολέμῳ ἀγαθῷ θεοῦ λαῶν. Νεκρὸς aliud intelligere  
se aiunt, neque omnino esse in natura ubi ponatur bonum, nisi unde malum  
illius expellitur, ut ait Metrodorus disputans contra Sophistas. Hoc est il-  
lis bonum, malum fugere. Vbi enim ponatur bonū non est, si nihil effluat  
triste et molestem. His sunt similia et ea que ab Epicuro dicuntur, Na-  
turam existere boni ex ipsa mali fuga: et ex memoria ac cogitatione, et  
gratulatione ita cecidisse, ut aliquis nasceretur talis. Est enim, inquit, hoc  
summum gaudium, quod consistit in euitato magno malo. Atque hec  
est boni ipsius natura, si quis recte attendat, atque hic consistat, neque ini-  
niter obambulet gariens de bono.

D I O D O R U S.) Stoicus Diodotus, Veneti, de quo alibi. Itemque, Ascle-  
piadem ferunt non ignobilem, nec inexcercitum: Veneti, Eretricum philo-  
sophum: quod omnino uerum iudico, ut alibi a nobis dictum est.

D E M O C R I T U S luminibus.) De Finib. lib. v. Cur eadē hæc Demo-  
critus est qui (uerè falso ne queremus) dicitur oculis se priuasse, certe ut q.  
minime a cognitionibus abduceretur. Hoc falsum esse dicit Plutarch. in li-  
bello de Curiositate. οὐδὲν εἴπειν μὲν Φυσικὸς θεοί, οὐδὲν μηδόκειτον  
εἰπεῖν οὐδὲ σατηνήτες οὐδὲ, ἀπὸ διατύχων εἰς Ἐργαστηνεύτε,  
καὶ τὸν ἀπὸ αὐτῆς αὐτούς οὐδὲν οὐδὲν, οὐδὲν μὴ πρέχων θέον  
εἷναι, τὸν μικρούν τε τοντούντες πολλάκις, αλλ' εῶσιν γάρ οὐδενὶ<sup>εἰδεῖν</sup> καὶ μικροῖς τε πολλοῖς τοῖς νοσοῖς, ὡς δὲ ταχεότεροι θυεῖ-  
ται εὐφρεγχεῖσθαι. Quare illud quidem falso traditur, sua sponte  
exinxisse oculorum lumen Democritum, defigentem illos in specula i-  
gnita, et admittentem refractionem splendoris: ne perturbarent illi in-  
telligentiam sapius euocates foras, sed sinerent intus quasi domi seruare,  
et uersari cum ijs que intelligentie sunt propria, obstructis tanquam  
uiam spectantibus fenestris.

A L B A scilicet et atra.) Proverbium de ignoratione. ut Catullus,  
Nec scire utrum sis albus an ater homo. τὰ νοῦνον ηγετέλειον εἰσέρατο, Gra-  
ci dicunt.

Q U O D esset ante pedes, μεταποδῶν, et iuventutis. Versus extat in secun-  
do de Divinatione: Quod est ante pedes spectat nemo, cœli scrutantur  
plagi, de obuijs et presentibus dicitur. Adelphis: Non quod ante pedes  
modo est uidere, sed etiam illa que futura sunt.

M. Eius

EIVS picturam.) ιωφατινῶς. Nam mirabilem & illustrem esse expressionem omnium significat, que ab Homero descripta sunt, ut oculis cerni, non legi uideantur. Simonides autem, ut Plutarchus refert in libro ubi querit utrum sapientia magis an uirtute bellica Athenienses excelluerint, appellauit τὸν μῆδον γηγενέαν πολεμούσαν, τὸν δὲ πολεμούσαν γηγενέαν πατέσσαν.

IMMANEM ferumq.) Odysseas 1.

γνθάνεται οὐκέτι οὐκέτι τελώνει, δεξάτε μηδέλα  
οἰσθετομάνετοκευτόποτοθην, δέδε μετ' αἴλας  
ταλεῖται, ἀλλ' απένθηθην εἴδη μετανίστανται.  
καὶ γέρη θαῦματέτευκτο πελώσομ, δέδε εἴδη  
αὐθοί γε σιτοφάγω, ἀλλὰ φίων ὑλήγητι  
ὑψηλῶν δρέων, οὐτε φαίνετο οἰσθετος αἴλων.  
Lustra uiri hæc immanis erant, qui per loca solus  
Dissita pascebant pecudes, commercia uitans  
Omnium, agensq; ferum sine iure & legibus æuum.  
Namq; erat hoc in gens monstrum, uescenteq; nulli  
Pane homini par. sed prope te excelsti iuga montis  
Ardua, cum solum aspiceres, astare putas.

Colloquium etiam huius cum aricte, ibidem exponitur multis ueribus.  
Quomodo autem colloquitur cum aricte, qui nihil respondet?

QVOD male audiebat.) Ut Euripides, λανᾶς ἀνέσην δέ μηδε δανόντι αοι,  
τετρισιν, δέδε αττιν τολον λανᾶς λανόντα δια λευθρόντι λανᾶς. Με-  
mini Euricium Cordum, poëtam & Medicum egregium, amicum nostrum  
singularem perspecte aliquando respondere cuidam nescio qua de re illum  
admonenti: Male enim audire eum apud multos dicebat. Cui Cordus:  
Cur ergo, inquit, illi male loquuntur?

THEODORVS.) Hic adiutor dictus fuit. Et dicit, ut intelligi potest  
de ioco quodam Stilponis, cu ille sic interrogasset, ἀπόφθεστον νοέται;  
φθεστόν νοέται; Et dicit, φθεστόν νοέται. ad quae cum admodum annuisset, dixisse Stil-  
ponem scribit Laertius, illum ita esse fatilem, ut non intelligeret etiam hoc  
pacto monedula et aliud quodcumque sepe futurum esse. Missus a Ptole-  
mœ ad Lysimachum, cum liberius quedam locutus fuisset, indignatio-  
nem in se concitat Regis uehementis & iracundi animi. Itaq; cum mor-  
tem

tem ei interminatus fuisset, et respondit quod Cicero, uel quod Seneca retulit, de sanguinis hemina: et cum uetus fuisset eum ad se postea unquam reueri Lysimachus, Ita (inquit) faciam, nisi iterum Ptolemæus me forte legauerit.

A V T bibat.) In Grecis est παρονομασία, que dictum reddit elegan-  
tius. ἡ πάθη, inquiunt, ἡ ἀπόδι. sic enim dixere wir, uel wir. ut Athenaeus  
quoq; ostendit libro x. Est et epigrammatis Greci lusus de mensa ame-  
thystina, hinc ductus, ἡ παθητική, inquit, ἡ μαθητική. Nos alii  
quando illud ita uertimus,

Mensa grauis Bacchi posita est amethystina doni s,

Nec gaudet madido sobria mensa Deo.

Ergo si nostros non uult addiscere mores,

Tu nos Bacche iuuas, aut bibat, aut abeat.

HONORARIUS arbiter.) Cui honoris causa quasi arbitrium  
quoddam esset permisum disceptationis, inter Peripateticos et Stoicos.  
ut honorarium ius fuit edictorum prætorum et adilium, quibus magi-  
stris hic honor habebatur, ut quæ edixissent, ea legum autoritatem  
obtinerent.

CIVICVS CIVIS MODI.) Veneti, Cuicuimodi . id quod puto ue-  
rum esse: et si illa scriptura est plena et integræ ab origine uocis, ut di-  
ximus alibi quoq;

EXPLICATIONVM LIBRI V.

F I N I S.